



20
DISSERTATIO IURIDICA INAUGURALIS
DE
FUNDAMENTO
COMMUNIONIS BONORVM CONIVGALIS
GERMANICÆ

1789, 2.

SVB DIVINIS AVSPICIIS
RECTORE VNIVERSITATIS EBERHARDINO-CAROLINÆ
MAGNIFICENTISSIMO

SERENISSIMO AC POTENTISSIMO DVCE ET DOMINO

DOMINO

C A R O L O

DVCE WIRTEMBERGIAE AC TECCIAE REGNANTE,
REL. REL.

DVCE AC DOMINO SVO CLEMENTISSIMO,

CONSENTIENTE ILLVSTRI IURISCONSULTORVM ORDINE
PRÆSIDE

SIXTO IACOBO KAPFF

I. U. D. ET PROFESSORE PVBL. ORD. SERENISSIMI DVCCIS CONSILIARIO
SVPREMI APELLATIONVM TRIBVNALIS, NEC NON COLLEGI
ILLVSTRIS ASSESSORE


PRO GRADV DOCTORIS

EDIPA
AB AVCTORE

CHRISTIANO FRIDERICO SPEIDEL

CANCELLARIAE DVCCALIS SVPREMIQVE DICASTERII
WIRTEMB. ADVOCATO.


TVBINGAE, TYPIS BALZIANIS. MDCCLXXXIX.



P. 39.

2





ARGVMENTVM DISSERTATIONIS.

Introitus. §. I.

- I. Coniugalis in Germania obtinens bonorum communio, cuius notionem generalem exhibet §. II.
- II. Diuiditur §. III. ratione
 1. obiecti in communionem
 - a. dominii pleni; eaque est
 - α. vel uniuersalis,
 - β. vel particularis.
 - b. acquaesctus; quae iterum est
 - α. vel generalis.
 - β. vel partialis.
 2. formae — in communionem
 - a. conuentionalem.
 - b. legitimam.
- III. Adprime conuenit societati coniugali. §. IV.
- IV. Causa eius
 1. efficiens

- a. tamen non est matrimonium; §. V. VI.
 b. sed consensus coniugum. §. VII.
 2. finalis est — communis coniugum utilitas. §. VIII.
- V. Est vera societas; §. IX. cuius
- VI. Fundamentum constituunt §. X.
 1. matrimonium.
 2. consensus coniugum.
- VII. Inde §. XI.
 A. Constituitur
 1. a coniugibus. §. XII.
 a. matrimonio perfecto. §. XIII.
 β. nulla habita ratione ordinis personarum, religionis, paupertatis, minoris aetatis, sexusue sequioris. §. XIV.
 γ. Minores & feminae tamen in Germania indigent consensu curatorum. §. XV.
 2. in bonis, quae liberae ipsorum dispositioni subsunt. §. XVI.
 3. consensu §. XVII.
 a. solo; nec opus est
 α. scriptura & iudiciali insinuatione, §. XVIII.
 β. nec traditione. §. XIX.
 b. mutuo, }
 c. vero, } §. XX.
 d. certo, }
 α. expresse, }
 β. tacito, } §. XXI. XXII.
 γ. praesumpto. }
 δ. Praesumitur, §. XXIII. ex legis dispositione

a. loci, vbi nuptias contraxerunt, vel contraxisse censentur coniuges,

b. loci, in quem coniuges domicilium transtulerunt,

2. Non praesumitur per uniuersam Germaniam. §. XXIV.

3. Legitimae huius honorum inter coniuges communionis effectus. §. XXV.

B. Durat, donec probetur, eam sublatam esse. §. XXVI.

C. Dissoluitur

I. voluntate

a. non vnus, §. XXVII.

b. sed utriusque vero consensu §. XXVIII.

α. expresse

β. tacito

γ. praesumpto.

} §. XXIX.

Praesumptio talis oritur ex lege §. XXX.

1. loci, in quo nuptias contraxerunt vel contraxisse censentur coniuges, noua, in casu definito.

2. loci, in quem coniuges domicilium mutando commigrarunt, in casu definito.

2. ipso iure

a. morte vel vtriusque vel alterutrius coniugis.

b. diuortio.

c. annulatione matrimonii.

d. separatione quoad torum & mensam perpetuam;

} §. XXXI.

e. tempore, ad quod inita est, exacto. } §. XXXII.
 f. praescriptione.

g. lege prohibitiua §. XXXIII.

α. loci, in quo nuptias contraxerunt vel contraxisse censentur
 coniuges,

β. loci, in quem coniuges domicilium transtulerunt.

h. bonorum amissione — nonnisi particularis. §. XXXIV.

3. Sententia iudicis. §. XXXV.

DE
FVNDAMENTO
COMMVNIONIS BONORVM CONIVGALIS
GERMANICAE

§. I.

Introitus.

De argumento Dissertationis pro Gradu Doctoris Jurium rite consequendo cogitanti in mentem venit insignis de communione bonorum coniugali germanica doctrina, sua se in foro utilitate quam maxime commendans. Equidem multitudinem scriptorum non ignoro, qui vel omnem de communione bonorum coniugali Germanica materiam vel singula eius capita pertractarunt *a*); cum vero nihilominus hoc argumentum nondum omnibus numeris expeditum nondumque penitus exhaustum esse reputem, atque praesertim specialis ista quaestio, quam fons dissertationis praefert, nondum, ni fallor, pecu-

a) Conf. praeter *Bibliothecam Lipinianam* eiusque supplementa: JO. HENR. CHRIST. DE SELCHOW *Elementa Juris German. privati hodierni* (Ed. VII. Goett. 1787. 8.) 347. 355. C. F. ELSAESSER *in den gemeinnützigen iuristischen Beobachtungen und Rechtsfällen*, Tom. III. (Franc. & Lips. 1778. 8.) §. 92.

A. L. SCHOTT *Einleitung in das Eherecht zu akademischem und gemeinnützigem Gebrauche*. (Norimb. 1786. 8.) §. 205—209. H. A. LANGE *Rechtslehre von der Gemeinschaft der Güter unter den deutschen Eheleuten*. (Bayreuth 1766. 4.) *Vorbericht*. §. 6.

liariter sit pertractata: viteriori discussione eam non indignam iudicavi, pro modulo virium mearum, temporisque a causarum forensium strepitu vacui ratione.

§. II.

*Communione bonorum coniugalis germanicae
notio generalis.*

Communio bonorum coniugalis germanica, de cuius fundamento disserere iam liceat, est societas inter coniuges matrimonii ergo obtinens, vi cuius ipsis idem ius circa easdem res pro indiviso competit *b*). Nexum illum, inter coniuges matrimonii ergo, bonorum intuitu intercedentem, non incongrue societatem dici, infra (§. X.) exponam; ius vero, quod illo nititur, & modo in vsu (sensu latiori sumto) communi, modo in condominio (stricte sic dicto), modo in nuda possessione consistit, condominium adpellare, vti plurimi quidem magni nominis Doctores haud dubitant, non audeo; licet enim me non lateat, in iure nostro dominii (adeoque etiam condominii) sensu latiori sumti nomine, omne quoque ius in re *f*. in rem venire *c*), in

b) Communio audit quoque ius ipsum, quod ea tribuit; inde plures Jurisconsulti notioni communionis generali etiam nonnisi illud subiciunt. *Conf. v. c. C. C. HOFACKER in Principiis Juris Civ. Rom. German. Tom. I. (Tab. 1788. 8.) §. 455. J. F. GILDEMEISTER in Diss. de Communione bonorum inter coniuges maxime ex legibus Bremanis (Gætt. 1775. 4.) §. 9.* Mihi vero, si dicere licet, quod sentio, convenientius vi-

detur, notione communionis generalis, quæ principis eius præmittitur, nexum inter coniuges bonorum intuitu obtinentem, illudque commune ius producentem designare, cum hoc nitatur obligatio ad communicanda iura, quæ nondum sunt communia. Plures aliorum definitiones recenset J. F. GILDEMEISTER d. l. §. 12.

c) M. A. GALUANVS in Dissert. de *Vsfructu* (Tab. 1788. 4.) cap.

dubio tamen illud strictiori potius, quam latiori sensu sumi so-
let, nec condominium ius ad rem, quod aequae ac ius in re
commune esse potest *d*), unquam significat *e*). Effectum matri-
monii cum LANGIO *f*) bonorum communionem dicere nol-
lem, cum, uti mox commonstrabo, non matrimonii, sed con-
ventionis effectum eam esse mihi persuasum habeam; id contra,
quod matrimonii ergo ea obtineat, definitioni inferendum esse
censeo, quia eo ab aliis similibus distinguitur societatibus.
Quod tandem qualitatem *indivisi* in iure, quod coniugibus tri-
buit conjugalis bonorum communio, attinet, ad omnis verae
communiois essentiam pertinere eam satis est cognitum *g*).

§. III.

Species communionis bonorum coniugalis Germanicae potiores.

Pronti iam in conjugalem hanc bonorum communionem
Germanicam vel bona utriusque coniugis omnia, praesentia &
futura, quoad ipsum dominium, ita deducuntur, ut neuter
coniugum aliquid proprii habeat, quod non & alteri commune
sit, vel ea tantum ad certam determinatamque bonorum utrius-

25. nr. 5. & C. C. HOFACKER d.
l. Tom. II. P. I. §. 780.


d) J. F. GILDEMEISTER d. l. §. 2.

e) C. C. HOFACKER d. l.

f) Hic eam in libri citati cap. 2.
§. 1. dicit *diejenige Wirkung einer
rechtmäßigen Ehe, kraft deren zwei
Ehegatten ihr gesamtes Vermögen
iure condominium mit einander besitzen.*

g) DAN. NETTELBLADT in *sy-
stemat Elementari Jurisprudentiae
posit. German. communis gener.*
(Halae 1781. 8.) §. 395. "veram
" communionem non adesse, si ius
" tanquam dimidiatum ius ita penes
" plures est, ut haec pars iuris sit
" penes hunc, illa penes alium."
C. C. HOFACKER d. l. §. 901. J.
F. GILDEMEISTER d. l. §. 2.

B



que coniugis partem porrigitur, vel denique vnice ad commercium commune ita restringitur, vt bona, ab vtroque coniuge, siue ab initio matrimonii, siue durante eo illata, inferenti maneant propria, & non nisi possessio & vsusfructus eorum omnino, vel tantum certorum, atque acquaeftus durante matrimonio vtriusque coniugis industria partus communis fit, adpellatur communio illa, quae ratione domini pleni obtinet vel vniuersalis (omnimodo, absoluta, omnium bonorum) vel particularis (secundum quid), & ista, quae tantum ad possessionem & vsusfructum restricta est, communio acquaeftus, quae iterum vel generalis (siue etiam simpliciter communio bonorum) vel partialis est. Quodsi haec vel illa coniugalis bonorum communio nis species mediante praesumpto coniugum consensu in ius eam inducens aliquod statutarium vel consuetudinarium constituitur, dicitur legalis (legitima, statutaria, consuetudinaria); sin coniuges mediante expresse vel tacito pacto hanc vel illam constituunt, vocatur ea pactitia s. conuentionalis *h*) absque ullo discrimine, utrum in loco, quo habitant, vel plane eadem, vel nulla, vel alia, quam ea, quae ipsis placuit, legibus introducta sit.

§. IV.

Naturae societatis coniugalis adprime conuenit bonorum communio.

Cum coniuges ad onera matrimonii vnitis viribus ferenda iure naturae obstricti sibi sint inuicem; cum indiuidua illa, quae

h) Vltiores coniugalis bonorum communio nis diuisiones, quarum explicatio ad meum scopum nil refert, exhibent H. A. LANGE de l. cap. 2. & J. F. GILDEMEISTER d. l. §. 10. & 11.

inter ipsos obtinet, vitae consuetudo, mutuumque, quod sibi inuicem debent, adiutorium maxime adiuuetur bonorum communionem; cum mutuam amorem, sine quo subsistere vinculum matrimonii nequit, commune commodum inprimis excitet atque confirmet; cum coniugalis industria, si vterque rem suam agi, seque laborum periculorumque socium esse sciat, perquam acuat; nemo profecto facile negabit, societati coniugali quam maxime conuenire communionem bonorum qualemcumque i).

§. V.

Non tamen est effectus matrimonii.

Quemadmodum autem verus matrimonii finis, quippe qui tantum sobolis procreationem atque mutuam coniugale adiutorium intendit k), absque communionem bonorum coniugali germanica qualicumque profus omnino obtineri potest, ita sole meri-

i) Cf. C. G. HOFFMANN in *Diss. de communionis bonorum coniug. natura atq. effectibus.* (Franc. 1730. 4.) §. 1. not. c. Vniuersalem inprimis tuerentur C. F. ELSAESSER d. l. §. 90. J. A. ACHTERKIRCHEN (G. L. BOEHMER) in *Diss. de iuribus et obligat. coniugis superstitis ex communionem bon. vniuers.* (Goett. 1738. 4.) §. 4. in *electis iuris civilis.* (Goett. 1767—78. 4.) Tom. III. Exere 17. J. HEVMANN von TEVTSCHENBRVNN *Geist der Gesetz der Teutschen.* (Nürnberg. 1779. 8.) Cap. 16. §. 6. H. A. LANGE d. l. c. I. §. 9. S. STRYK in *Diss. de iuribus singularibus*

conubiorum in germania (in ejusd. oper. omn. (Franc. & Lips. 1743—53. fol.) Vol. VIII. *Diss.* 29.) c. 2. §. 19. W. A. LAVTERBACH in *Diss. de societate bonorum coniugali.* (Tub. 1661. 4) cap. 2. §. 8. Abusu quidem coniugalis bonorum communio etiam in damnum verti potest, sed hæc est negotiorum ac institutorum humanorum conditio omnium. Conf. Auctor *der neuesten Mannigfaltigkeiten.* p. 45.

k) A. L. SCHOTT *Einleitung in das Eherecht.* §. 66.

diano clarius est, eam non pertinere ad substantiam matrimonii. Docet id quoque ipsa experientia satis superque, dum non solum in Latio, multisque aliis terris coniugalis bonorum communio olim *l)* haud visitata ac fere ignota erat, sed & hodie- num ne per totam quidem Germaniam *m)* obtinet. Communis enim iste usus rerum ad quotidianas necessitates pertinentium, quem coniuges vbique locorum sibi invicem concedere solent, quemque *honorariam* communionem vocant *n)* nomen commu- nionis bonorum vix meretur.

§. VI.

Continuatiō.

Quantum igitur abest, vt in vinculo matrimonii ipso radi- cata sit communio bonorum coniugalis germanica: tantum abest, vt ex legum, quae in Germania vigent, posituarum dispositione legitimo ea inhaereat matrimonio. Certum enim

l) J. F. GILDEMEISTER d. I. §. 4—6. J. G. HEINECCIUS in *elem. jur. germ.* (Ed. III. Hal. 1746. 8.) Tom. I. Lib. I. Tit. 12. §. 273. G. H. AYRER in *Diss. de iure commu- niorum apud veteres germanos.* Sect. II. (Gœtt. 1738. 4.) §. 14. Pen- nitus ignotam in Latio non fuisse societatem bonorum coniugalem, patet ex Lib. 16. §. 3. D. de Alim. v. cib. leg.

m) C. C. HOFACKER d. I. §. 454. J. G. ESTOR *Bürgerliche*

Rechtsgelerksamkeit der Deutschen. (Marb. 1757. 8.) P. I. c. 102. §. 731. E. C. CANZ in *Diss. de Juribus Es obligat. vxoris vel repudiato vel de- negato beneficio renunciandi commu- nionis bonorum Esc.* (Tub. 1772. 4.) §. 3.

n) G. A. STRUV in *Syntagmate Jur. Civ. cum additi P. Mülleri.* (Ed. III. Franc. & Lips. 1738. 4.) P. II. Exerc. 29. §. 56. S. STRYK in *Diss. de iure domesticorum.* (in eiusd. *Oper. omn.* Vol. II. *Diss.* 4.) c. 2. §. I.

est, quod neque ius Romanum *o*), neque Canonicum *p*), neque Germanicum vniuersale *q*) eam induxerit, nedum praeceperit, neque ulla lex particularis germanica extat, quae coniuges, ad bona sua in commune conferenda, cogeret *r*). Statuta vel

o) Jure Rom. haud quidem prohibita erat coniug. bonorum communio (conf. all. L. 16. §. 3. de Alim. v. cib. leg.); nec contra quoque legibus munita, sed bona coniugis vtriusque sollicite in eo separantur ac distinguuntur. D. MEUIVS d. l. nr. 5. vbi: "Omnimodam & proprie dictam societatem inter coniuges recentior (Romana) iurisprudentia non exigit, praesertim vero communione bonorum non agnoscit. — Id quod ea, quae de bonis vxoris paraphernalibus, eorum administratione, de successione coniugum post cognatos seposita, de acquisitionis ab vxore constante matrimonio, de mariti potestate in vxorem, eiusque bona praesertim dotalia passim traduntur & notata sunt, plusquam satis euincunt." S. STRYCK in *Dis. de Operis vxorum*. (in eiusd. *Oper. omn.* Vol. VIII. *Dis.* 32.) c. 2. §. 3—5. & in *usu moderno pandect.* (Hal. 1713. 4.) Lib. XXIII. Tit. 2. *de ritu nupt.* §. 91—93. W. A. LAVTERBACH d. l. §. 3—5. H. A. LANGE d. l. §. 6. C. F. ELSAESSER d. l. §. 92. 93. J. F. GILDEMEISTER d. l. §. 4. E. C. CANZ d. l. §. 2. C. G. GMELIN in *Dis. de Obligatione vxoris ad soluenda debita a coniugibus contracta* &c. (Tab. 1785. 4.) §. 1. R. HOMMEL (C. G. BIENER) in *Dis. de fundo dotali*

eiusque ex iure Rom. Germ. & Saxon. alienatione (Lipf. 1786. 4.) §. 12. *p*) C. 2. X. de Donat. int. vir. & vx. ex qua lege eam induci iure Canonico nonnulli inferre volunt, ius non constituit, sed ex constituto decernit. C. G. HOFFMANN d. l. §. 1. not. h. J. J. STRAMPFFER (F. G. TAFINGER) in *Dis. de effectibus potioribus communionis bon. vniuers. constante matrimonio*. (Tab. 1773. 4.) §. 6. S. STRYK in d. *Dis. de oper. vx.* c. 2. §. 6. & in *usu mod. pand.* d. l. §. 94. D. MEUIVS d. l. nr. 6. 7. J. F. GILDEMEISTER d. l. §. 7. H. A. LANGE d. l. §. 7.

q) Specula illa, sive ius puto atque saxonicum, ex quibus eam per vniuersam germaniam moribus receptam in dubio obtinere alii probare volunt, nil amplius, quam quod in maxima germaniae parte adoptata fuerit, testari possunt, & hodiernum nequidem ad probandam consuetudinem particularem sufficienti J. F. GILDEMEISTER d. l. §. 8. C. C. HOFACKER d. l. T. 1. §. 51.

r) J. F. GILDEMEISTER d. l. §. 11. "Quotquot equidem noui leges germanicas, sive ciuitatum, sive prouinciarum, in id conuenire commertum habeo omnes, vt coniuges bona sua in commune conferre nevtiquam cogant (est fieri quin possit, dubium non est:) sed libe-

consuetudines, quae hanc vel illam communionis speciem inter coniuges inducunt, definiunt simpliciter, quid inter coniuges intuitu bonorum ipsorum obtineat, quando ipsi aliud non disponant; & oportet proinde quidem coniuges statuto tali subiectos vel agnoscere eam, vel pacto repudiare, sed cum contraria dispositione ei derogare ipsis liceat s) pendet profus omnino ab ipsorum arbitrio, num admittere eam, an exulare malint ss). Eademque libertate, qua legi tali derogare ipsis licet, etiam hanc vel illam bonorum communionis speciem, nulla plane legis alicuius eam inducentis vel non inducentis ratione habita, constituere possunt coniuges, nisi specialiter ea, quae ipsis placet, prohibita sit.

ro cuiusvis permittant arbitrio, an pactis eam remouere velent „ J. ACHTERKIRCHEN (G. L. BOEHMER) in Disf. §. 8 & 9. J. A. HOFMANN *Handbuch des teutschen Eherechts* (Jena 1789. 8.) §. 8. Disponit ita quoque ius provinciale Wirtembergicum, quod acquaesius communionem coniug. inducit, in libro, qui inscriptus est: *Des Herzogtums Wirtemberg Erneuert gemein Landrecht &c.* (Stuttgart 1743.) P. III. Tit. 7. §. *Wann Eheleute*. pag. 350. expresse his verbis: „*Wann Eheleute ohne sondere Paction, Bedingung, oder Heirathsberedung in die Ehe zusammen kommen, solle an allen in wahrender Ehe errungenen und gewonnenen Gutern, (darunter auch*

„*dasienige, was den Eheleuten zu ihrer Hochzeit verehret worden, zu rechnen) jedem Ehegemacht der halbe Theil zugehorig sein.*„

s) Multa statuta, vti v. c. Wirtembergicum, lieberatem hanc expresse referuant coniugibus. Alia plura exempla refert J. J. STRAMPFER (F. G. TAFINGER) in alleg. Disf. §. 10.

ss) Sic quidem iuris talis statutarii vsus ius casibus singularibus, non vero, vti contrarium sentientes opponere volunt, vis atque auctoritas statuti ex coniugum voluntate aestimatur. J. ACHTERKIRCHEN (G. L. BOEHMER) d. l. §. 9.

§. VII.

Vera communionis bonorum coniugalis germanicae causa efficiens est consensus coniugum.

Cum itaque communio bonorum germanica qualiscunque inter coniuges nullo modo sit necessaria, sed eius existentia a libero ipsorum arbitrio prorsus dependeat, nullo sane iure eam matrimonii effectum, neque civilem, neque naturalem, dici posse arbitror, sed vera eius causa efficiens est consensus, quo coniuges eam secum inuicem constituunt.

§. VIII.

Causa eius finalis est commune societatis coniugalis bonum.

Finis contra, qui coniugali bonorum communionem intenditur, eamque ab aliis societatibus ac communionibus distinguit, in eo positus est, ut commune societatis coniugalis bonum felicius ea promoueatur, utque consortium coniugum reddatur iucundius atque commodius *t*).

§. IX.

Communio bonorum coniugalis est species societatis.

Quae cum ita sint, coniugalem bonorum communionem societatibus accensere non dubito *u*). Quaecunque enim communio consensu eorum, inter quos ipsa intercedit, nititur, &

t) J. ACHTERKIRCHEN (G. L. BOEHMER) d. l. §. 4. J. F. GILDEMEISTER d. l. §. 18.

u) Socia bonorum vxor omnino vocari potest, licet communioni bonorum coniugali potestas maritalis haud cedat. Notio enim societatis non excludit notionem praepositi, cui semper maior concedi debet facultas, quam sociis reliquis.



propter finem aliquem constituitur, recte dicitur societas. Indolem vero huius societatis a natura aliarum societatum non nihil differre eandemque hanc ipsam ob causam iuris romani applicationem non indistincte admittere, equidem non nego *x*). Diversitatem vero romanae societatis a regulis nostrae communionis bonorum, tantam uti vulgo creditur, non esse, sed ad pauca capita redire, arbitror.

§. X.

Fundamentum huius societatis constituunt matrimonium atque consensus coniugum.

Quandoquidem haec societas coniugum nitatur consensu, finisque eius non nisi in matrimonio obtineri possit, satis etiam liquet, fundamentum, sine quo subsistere ea nequit, conficere matrimonium, coniugumque de re communi habenda consensum.

§. XI.

Fundamento coniugalis bonorum communionis reguntur principia de illius constitutione, duratione, atque solutione.

Quam certo constat, quod cum fundamento suo stetque cadatque coniugalis bonorum communio: tam exploratum etiam est, quod isto regantur vera de huius societatis constitutione, duratione atque solutione principia; quae ergo nunc etiam deducere inde tentabo.

§. XII.

x) DAN. KLUGKIST, in Diss. d. *norm inter coniuges accommoda-*
regulis iuris romani e doctrina de tio. (Marb. 1771. 8.)
societate, male ad communionem bo-

§. XII.

Constituitur coniugalis bonorum communio a coniugibus.

Circa constitutionem coniugalis bonorum communionis consideranda non solum sunt subiecta, inter quae illa inducatur, atque obiecta, quae illa concernat, sed & modus, quo illa constituatur. Quod ad subiecta attinet, non solum ob consensum, quo ista nititur communio, requiritur, vt personae, quae eam inire volunt, consentiendi facultatem habeant, sed & ex sine illius adparet, quod facultas eam constituendi restricta sit ad eas personas, quae vinculo matrimonii sibi invicem iunctae sunt, neque etiam plures, quam duae & quidem diversi sexus constituere eam secum inuicem valeant *y*).

§. XIII.

Continuatio.

Cum non nisi inter coniuges hæc nostra obtineat bonorum communio, non nisi qui matrimonio secundum cuiusque ciuitatis iura legitime consummato *z*), quippe quo demum coniuges fiunt, constituere eam possunt. Exulat itaque inter sponsum & sponsam *a*), neque concubinus & concubina facultate gaudent eam constituendi *b*).

y) Plures quam duo eiusdemque sexus possunt quidem constituere bonorum communionem, sed non eam, quae iura & effectus communionis bonorum coniugalis producat.

z) De iure, quod in Germania viget, communi consummatur matrimonium consensu matrimoniali coram paroco (in ipso actu benedictionis sacerdotalis declarato, nec requiritur consensio thalami, quæ pertinet ad exercitium iurium matrimonii rite consummati. J. F. GILDE-

MEISTER d. l. §. 15. A. L. SCHOTT d. l. §. 167. J. H. CHR. DE SELCHOW d. l. §. 318. (438.) W. A. LAVTERBACH d. l. cap. 2. §. 21. Dissentit cum aliis J. ACHTERKIRCHEN (G. L. BOEHMER) in d. Diss. §. 11.

a) Conuentionem de constituenda coniugali bonorum communionem inire quidem sponsum & sponsa secum inuicem possunt, non vero constituere si inire communionem illam ipsam.

b) Competit vero ista facultas

C

§. XIV.

Continuatio.

Huc vero redeunt etiam termini, quibus facultas communionem bonorum coniugalem constituendi iure communi absolute definitur, prorsus omnino omnes. Non enim natura illius communionis, multoque minus lex ulla communis plures hisce terminos ponit c). Nec igitur ordo, cui haec vel illa persona adscripta est, nec religio, nec paupertas, nec minor aetas, continent verum, propter quod constitui ista nequeat, impedimentum.

§. XV.

Continuatio.

Minores tamen, licet in nuptiis contrahendis consensus ipsorum iure communi, tantum ad assensum patris, vel moribus nostris, hoc mortuo, matris, & post mortem vtriusque, aui, auiaevae, & quidem tamdiu saltim, quam in potestate ipsorum sint constituti, adstrictus sit, neque ipsis tutelae curaeue

etiam iis, qui vel in disparagio, vel in matrimonio ad legem morgannaticam viuunt, dum nil obstat, quin tales quoad vinculum matrimonii veri sint conjuges, ac matrimonii istis detracti tantum sunt ii effectus civiles, qui dignitatem mariti & ius successioneis in bona ipsius spectant. Nec minus valide constitui censio communionem bonorum a coniugibus in matrimonio, vt aiunt, putatio viuentibus, quamdiu abest mala fides. ABR. A WESELE de *Coniugalib. bon. societate Et patris dotal.* (Amstel. 1701. a.) Tr. 1. §. 53. J. N. HERTIVS in *Dist. de matrimonio*

putatio. (Giesl. 1727. 4.) §. 21. "Quae communi iure insunt nuptiis veris, etiam putatiuis saltem bona fide, vtentem quod attinet, inesse censentur" & §. 25.

c) Leges hae illaeue particulares initio communionis bonorum coniugalis legitimae quidem posteriores, quos infra recensero, terminos ponunt; at neque a legitima concludere haec licet ad coniugalem bonorum communionem omnem, neque ex legibus particularibus elici potest praecceptum generale. Nec terminus, qui pluribus in legibus particularibus portioni statutariae iurique succeden-

subiectis tutorum curatorumue assensus sit necessarius *d*), ad rite constituendam coniugalem bonorum communionem curatoris consensus magistratusque auctoritatis indigere, penitus mihi persuasum habeo. Est enim praeceptum iuris communis generale, quod minores in negotiis, quae non personam (vti matrimonium) sed res eorum (vti communitio bonorum) concernunt, ad assensum curatoris, quem in imperio Romano-Germanico hodie omnes, licet inuiti, accipere tenentur *e*), adstricti sint *f*); & ad alienandas aeque ac obligandas res immobiles omnes, siue re vera tales, siue intellectu iuris tales atque ex mobilibus eas, quae seruando seruari possint, magistratus auctoritatis indigeant *g*); neque lex vlla vel consuetudo in Germania obtinens vniuersalis extat, quae ab hac regula ea negotia, quae matrimonii ergo ineuntur, vel in specie conuentiones, quibus coniugalis bonorum communitio constituitur, excipit; quin potius ex iuris Romani, in imperio Romano-Germanico recepti, principiis, de quorum applicatione heic non est, quod dubites, regula ista speciatim etiam ad ea negotia,

di inter coniuges ponitur, & a nonnullis Doctoribus ad coniugalem bonorum communionem trahitur, hancce ex mea quidem sententia tangit, cum huius ac iurium istorum diuersa sit ratio.

d) L. 20. D. de Ritu Nupt. L. 8. C. de Nupt. A. L. SCHOTT d. l. §. 93. not. §. Jure provinciali Wirtembergico vero etiam ad contrahendas nuptias curatorum consensus requiritur, *Wirtemb. Ehe- und Ehegerichts-*

Ordnung. P I. cap. 2. §. 6. P. II. c. 6. §. 1. P. III. c. 1. §. 4.

e) Rec. Imp. d. a. 1548. & 1577. tit. 32. §. 1. W. A. LAVTERBACH in *Collegio theor. pract. Pandect.* (Tub. 1726. 4.) Lib. 27. Tit. 10. de Curat. §. 14. G. A. STRUV in *alleg. Synt. Jur. Civ. Exerc.* 31. §. 7. S. STRYK in *alleg. Vsu Mod. Pand.* Lib. 26. Tit. 1. de Tut. §. 7.

f) L. 3. C. de in int. rehit. min. *g*) L. 1. §. 2. D. de Reb. eor. qui sub tut. vel cura sunt.

quae matrimonii ergo circa res contrahuntur, est extendenda ^{h)}). Ex eadem ratione etiam feminis aetate maioribus ad rite constituendam partitiam bonorum communionem assensu curatoris sexus in terris, ubi cura feminarum perpetua obtinet, opus esse censeo.

§. XVI.

Obiectum communionis bonorum coniugalis sunt bona, quae liberae coniugum dispositioni subfunt.

Quod ad obiecta, quae in communionem coniugalem deduci possunt, attinet, non est huius loci, multa de iis differere. Ipsa iam communionis, de qua haec sermo est, denominatio eam ad bona coniugum restringit; haec vero, siue mobilia sint, siue immobilia, siue praesentia siue futura, siue in loco, ubi communio ista constituitur, sita sint, siue non ⁱ⁾), —

^{h)} L. 60. 61. D. de Jure dot. L. 28. C. eod. tit. Haec quidem ignoro, quam plurimos Juris Doctorum (v. c. ABR. a WESEL, W. A. LAVTERBACH, H. A. LANGE & J. F. GILDEMEISTER, aliosque) contrariam fore sententiam, sed rationes ipsorum, quoad quidem cognitae mihi sunt, conuincere me non potuerunt. Cum enim coniugalis bonorum communio, uti supra iam demonstravi, non sit necessaria matrimonii sequela, nec iis assentiri possum, qui exinde, quod minores ad contrahendas nuptias non indigeant curatoris consensus, iisdem nec ad constituendam coniugalem bonorum communionem opus esse curatoris consensu colligere volunt. Legitimam coniugalem bonorum commu-

nionem absque curatoris consensu constitui non nego, exinde tamen concludere non possum, quod omnis coniugalis bonorum communio absque curatoris consensu possit constitui, cum in legitima lex id suppleat, quod in pactitia ad rite constituendam eam requiritur.

ⁱ⁾ Nil enim de iure communi obstat, quo minus coniuges de bonis extra locum domicilii sitis disponere, omniaque ubique sita bona expressa conventionione communioni coniugali subicere queant. J. ACHTERKIRCHEN (G. L. BOEHMER) in d. Dis. §. 10. Sin vero etiam expresse id factum non est, in dubio communio, siue expresse siue tacite siue praesumpto nitatur consensu, ad bona ista est porrigenda, nisi in pro-

modo coniux ea conferens libere de iis disponere possit, aequaeque usus bonorum qualiscunque conferri possunt in communione bonorum coniugalem.

§. XVII.

Constituitur coniugalis bonorum communio solo coniugum consensu.

Cum coniugalis bonorum communio germanica solo coniugum consensu nitatur, sequitur, ut neque scriptura, neque iudiciali conventionis, qua contrahitur, insinuatione opus sit, neque traditione, — nisi ad certas tantum res restringatur communio.

§. XVIII.

Continuatio.

Conuentio, qua communio bonorum coniugalis contrahitur, cum nihil aliud sit, quam species pactorum nuptialium, quorum generale nomen *k*) comprehendit conventiones omnes, quibus definiuntur iura, tum constante tum soluto matrimonio locum habitura; haec vero ex dispositione iuris, quod in Germania obtinet, communis *l*), neque scripturam neque iudicalem

uincia vel ciuitate ubi bona sita sunt, extet lex prohibitiua. Quamdiu enim non adparet, quid expresse statutum sit inter contrahentes, id iure communi obseruari debet, quod in loco, ubi contrahitur, vel quod ad causas matrimonii attinet, ubi contraxisse videntur, sc. in loco domicilii mariti, neque id, quod in regione, in qua vnaquaeque res sita est, frequentatur. Conf. L. 34. D. de R. J. L. 1. pr. D. de Vtur. & L. 65. D. de Jud. CHR. TH.

ROEMER (C. C. HOFACKER) in *Disq. de Efficacia statutorum in res extra territorium sitas.* (Tab. 1778. 4.) §. 20. J. F. GLDEMEISTER d. l. §. 14. W. A. LAVTERBACH in d. *Disq. cap. 2. §. 10—16.* ABR. a WESSEL d. l. Tr. 1. n. 219.

k) C. C. HOFACKER in *alleg. Princ. Jur. Civ. Rom. Germ. T. I. §. 523.*

l) L. 6. C. de dot. prom. L. vn. C. de rei vx. act. L. 15. C. de Jure dot. C. C. HOFACKER d. l. §. 525. ABR.

insinuationem requirant, sed solo perficiantur consensu, scriptura tantum ad futuram rei memoriam faciliorem, iue probationem accedente: non est, quod dubites, quin eodem iure etiam regatur conuentio, qua constituitur coniugalis bonorum communio, — nisi particulares germanicae leges vel speciatim de hac conuentione, vel generatim de pactis nuptialibus, aut alienationibus, quibusdam coniuncta est vniuersalis atque particularis communio bonorum coniugalis, aliud postulent *m*).

§. XIX.

Continuatio.

Pariter nec opus est traditione, cum constituta coniugali bonorum communione res absque omni ulteriori facto traditae intelligantur, statimque reciproce communicentur, nisi ista, vti supra iam monitum est, ad certas tantum res restringatur *n*). Haud quoque ad essentiam alienationis facit traditio, & si hoc

a WESEL d. l. Tr. II. §. 5—7. Sunt quidem, qui 1) in Nov. 117. c. 4. 2) in Nov. 78. c. 3. 3) in L. 23. §. 1. C. de Nupt. & 4) in Nov. 127. c. 2. exceptiones ab hac regula videre volunt; at, si mihi quid videatur dicere licet, equidem reputo, in tribus legibus prioribus de legitimitate matrimonii ipsius, & quidem in prima de legitimatione natorum, in secunda & tertia vero de legitimatione coniugum, in quarta denique de donationibus desponsatorum antenuptialibus, neque de dote ac donatione propter nuptias, quae matrimonii ergo, vti bonorum communio constituuntur, sermone esse, nec nisi strictam admittere interpretationem.

m) Jure v. g. Wirtembergico ad pacta nuptialia nulla requiritur scriptura aut solemnitas, nisi de successione in iis disponatur. Conf. alleg. *Wirtemb. Landrecht* P. III. Tit. 8. §. *Wann.* & §. *Es sollen.* p. 353. & 354.

n) Conf. EM. MERILLIUS Lib. 7. c. 21. J. F. GILDEMEISTER d. l. §. 22. J. A. FROMMAMN in *Diss. de ficta s. quasi traditione.* (Tub. 1662.) §. 49. in collectione Dissertationum iurid. in compendium redatarum notulisque illustratarum a me sub titulo: *Vermischte Abhandlungen aus der bürgerl. Rechtswissenschaft* edita. (Stutg. 1786—87. 8.) P. I. Sect. 2. pag. 84.

vel illo in loco aliqua traditio requiretetur, hac deficiente communio nihilominus subsisteret, alterique coniugi contra alterum, qui nondum adimplevit contractum actio pro socio eo nomine competeret *e*).

§. XX.

Consensus debet esse mutuus verus & certus.

Consensus ipse, quo coniugalis bonorum communio constituitur, qualitates eadem plane sunt, quae in omnibus requiruntur conuentionibus. Quemadmodum itaque consensus, quo conuentio perficitur, natura primo id postulat, vt mutuus ille sit, ab utroque sc. paciscentium tam quoad promissionem vnus, quam quoad acceptationem alterius interpositus, & hoc modo in vnam sententiam decurrat *p*), ita etiam in hac nostra conuentione mutuus consensus requiritur, neque vnus voluntas sine alterius acceptatione s. assensu aliquid efficit. Non vero sufficit consensus mutuus, si iste non simul etiam est verus, qualis mihi is est, quem homo rectam eius, quod agitur, cognitionem habens atque ex libera sinceraque voluntate impertit. Inde neque conuentio, cui dolus *q*), aut ignorantia, errorne circa personam, vel rem ipsam, maximamue eius partem *r*) causam dedit, neque ea, quam metus, vis, aut alia coactio *s*) extorsit,


o) J. F. GILDEMEISTER d. l. in Diss. de Dolo causam dante. (Tab. 1678. 4.) cap. 8. §. 27.

p) L. 55. D. d. Obl. & Act.

q) L. 21. D. Sol. Matrim. L. 1. §. 2. D. de Dolo malo. A. VINNIVS in Sel. iur. Quaestionibus. (Col. 1720. 12.) Lib. 1. cap. 12. J. A. KVRRE

in Diss. de Dolo causam dante. (Tab. 1678. 4.) cap. 8. §. 27.
r) L. 57. D. de Obl. & Act. L. 9. in t. D. d. Contr. Emt. L. 18. D. de Reb. Cred. L. 83. §. 1. L. 137. §. 1. D. de Verb. Obl. L. 116. §. 2. D. de Reg. Jur.

s) L. 1. 2. 5. 6. 7. 8. D. Quod. met. caus. L. 116. pr. D. de Reg. Jur.



neque ea, quae iocandi vel simulandi animo *t*) inita est, subsistere potest *u*). Cum denique largitio consensus, quo coniugalis bonorum communio constituitur, sit factum voluntarium, certitudo istius ut legitime probari possit necesse est.

§. XXI.

*Consensus ille vel declaratur a coniugibus
vel praesumitur.*

Certitudo consensus de constituenda coniugali bonorum communione nititur vel declaratione coniugum vel iuris praesumptione. Declarari potest consensus vel expresse, verbis nutuae *x*), vel tacite v. c. declaratione expressa *generali*, quod coniuges iura, quae in loco domicilii mariti obtinent, matrimonialia agnoscant *y*), aut facto aliquo ad coniugalis bonorum communionis constitutionem se referente eamve supponente, ex quo tum consensus colligitur *z*).

§. XXII.

Continuatio.

Sin nulla talis coniugum declaratio adest; si absque vlla speciali declaratione voluntatis de iuribus circa res ipsorum matri-

t) L. 3. §. vlt. L. 54. D. de Obl. & Act.

u) C. C. HOFACKER in *Elem. Jur. Civ. Rom.* (Goett. 1784. 8.) §. 481—485. W. A. LAVTERBACH in *Dis. de Voluntate* (Tub. 1655. 4.) §. 20.

x) L. 48. L. 52. §. fin. D. de Obl. & Act.

y) Hac ipsa enim declaratione le-

galem bonorum communionem agnoscent.

z) Vniuersalem bonorum societatem tacite contrahi posse alii negant v. c. B. CARPZOV in *Definit. Florens.* (Francof. & Lips. 1656. fol.) P. III. Const. 15. Def. 45. alii affirmant v. c. P. MULLER ad alleg. G. A. STRUVII *Synt. Jurisprud. Exerc. 22.* §. 22. not. (*y*). CHR. BESOLD in

matrimonium contraxerunt, atque ita continuarunt: iis in provinciis, in quibus haec vel illa coniugalis bonorum communio lege vel scripta vel consuetudine introducta est a), coniuges haece subiecti istam etiam mutuo consensu adprobasse praesumuntur, donec probatur contrarium b). Quodlibet enim ciuitatis alicuius membrum legibus eiusdem prorsus omnino omnibus sese subiicit, adeoque etiam adprobasse praesumitur legem vel scriptam vel non scriptam, quae vt haec vel ista coniugalis bonorum communio inter coniuges subditos, qui patris eidem haud derogarunt, obtinere debeat, disponit c).

Consil. Tubing. (Tub. 1661. fol.) P. II. Cons. 33. nr. 22. verior videtur sententia posteriorum. Societas enim perficitur solo consensu, tacitusque consensus idem operatur, ac expressus, nec vlla lege societas omnium bonorum tacite coiri prohibetur.

a) Statuta & leges provinciales, quibus haec vel illa communionis bonorum coniugalis species introducta est, recensent E. C. CANZ in d. *Diss.* §. 4. J. H. CHR. DE SELCHOW d. I. §. 349. (469.) H. A. LANGE d. I. Sect. 1. §. 5. Jure Wirtembergico, vti constat, obtinet inter coniuges generalis acquaesitus communio.

b) *Conf. J. F. GILDEMEISTER* d. I. §. 11. In dubio ex ratione supra (§. 14.) tradita statim post factam benedictionem sacerdotalem, vti etiam in Wirtembergia, quae plerumque ante ingressum thori coniugalis novis coniugibus offeruntur, in coniugalem bonorum communionem deducuntur. *alleg. Wirtemb. Landrecht.* d. I. W.

A. LAUTERBACH in *Diss. de Aere alieno in societate coniug. contracto, soluendo.* Cap. 2. §. 13. alibi vero consensio thori coniugalis, alibi copula carnalis, alibi conuictus per annum & diem continuatus, alibi existentia prolis vitae, alibi denique prolis vsque ad tempus soluti matrimonii superstes requiritur. *Conf. J. F. GILDEMEISTER* d. I. §. 15. W. A. LAUTERBACH in d. *Diss. de societ. bon. coniug.* cap. 2. §. 21. H. A. LANGE d. I. Sect. 3. §. 1—5. ABR a WESEL d. I. Tr. 1. §. 30—39. CARPZOV. d. I. P. III. *Confil.* 19. def. 3—5. J. A. HOFMANN in d. *Handbuch des deutschen Eherechts.* §. 78.

c) Tacitus consensus, uti multi Doctores asserunt, hic non subest. Actus enim, quo matrimonium constituitur, eiusmodi factum non est, quod animum bonorum societatem constituendi inuoluet. Multi etiam nuptias contrahunt, penitus ignorantes, quid circa bona coniugum iuris sit?

D

§. XXIII.

Continuatio.

Praesumitur itaque coniugalis bonorum communionis adprobatio, non solum si coniuges, qui ea de re non conuenerunt, in loco, quo haec vel ista communionis species statuto vel consuetudine obtinet, nuptias legitime contraxerunt, vel contraxisse videntur *d*), sed & si durante demum matrimonio noua eaque etiam ad subditos matrimonii vinculo iam iunctos se extendente lege dispositiua haec illaue coniugalis bonorum communio inter coniuges, qui legi isti non derogarunt, inducitur, aut domicilium e loco, quo vel plane nulla *e*) vel diuersa *f*) communio obtinet, in locum, qui hac in re aliis iisque ad eos coniuges, qui matrimonium in isto inierunt vel iniisse censentur, non restrictis legibus regitur, transtulerunt.

§. XXIV.

Non datur communionis species, per vniuersam Germaniam praesumenda.

Cum non adsit vniuersalis germanica lex aut consuetudo, quae coniugalem bonorum communionem fundet *g*), sed in alia Germaniae prouincia nulla plane, in alia haec, alibi illa coniugalis bonorum communio statuto vel consuetudine intro-

d) sc. in loco domicilii mariti, in quod vti Lex 65. D. de Jud. ait, & ipsa mulier per conditionem matrimonii erat reditura. Conf. quae supra annotaui ad §. 17.

e) De priori hoc casu nemo, ni fallor, dubitat, quin mutato a con-

iugibus domicilio inducatur bonorum communio.

f) De casu hoc posteriori, qui supponit, coniugalem bonorum communionem, quam lex prioris domicilii induxit, antea tolli, infra vberius differere mihi licebit.

g) Vid. supra §. VI.

ducta sit, nullam etiam per vniuersam Germaniam praesumi posse, sed, ei, qui in hac vel ista Germaniae prouincia hanc vel illam communionis speciem obtinere contendit, onus probationis incumbere, certissimum est *h*).

§. XXV.

Legitimae coniugalis bonorum communionis eadem vis est ac conuentionalis.

Cum legitima s. praesumpta coniugalis bonorum communio, coniectura a legislatore adprobata, coniuges qui eidem pactis non derogarunt, eandem adprobasse, nitatur, (§. 7.) non potest non eiusdem vis & potestas, effectibus communionis conuentionalis aequipollere.

§. XXVI.

Coniugalis bonorum communio durare praesumitur, donec probetur eam sublatam esse.

Cum fundamentum coniugalis bonorum communionis in matrimonio coniugumque consensu positum sit, nec voluntatis mutatio *i*), aut societatis dissolutio praesumantur, sed probari debeant, clarum est, quod non quidem vltra matrimonii fines, tamdiu tamen, ac matrimonium, cuius felicitatem promouendi causa constituitur inter coniuges bonorum communio, subsi-

h) Conf. J. ACHTERKIRCHEN HEYMANN (L. AE. HOMBERGK (G. L. BOEHMER) in d. Dis. §. 6. zu VACH) in Dis. de Communionem C. G. HOFFMANN in d. Dis. §. 2. bonorum inter coniuges nobiles atque n. a.) C. C. HOFACKER in cit. illustres per Germaniam exule. (Marp. Princ. Jur. Civ. T. 1. §. 454. ECHR. 1767. 4.) §. 18. C. F. ELSAESSER CANZ in d. Dis. §. 3. not. (e). J. F. d. l. §. 95. GILDEMEISTER d. l. §. 8. Dissentit H. A. LANGE d. l. sect. 1. §. 10. A.

i) L. 22. D. de Probat.

D 2

fit ac diffolutio eius probari nequit, etiam duratio communionis istius praesumatur *k*), siue conuentionalis illa fuerit, siue legitima.

§. XXVII.

Vnius coniugis dissensu haud resoluitur coniugalis bonorum communio.

Vnius coniugis dissensu tolli eam non posse, certo credo firmiterque persuasum habeo. Suis quidem iuribus quilibet coniux absque alterius consensu renunciare, iuri autem alteri coniugi competenti nihil derogare potest. Leges Romanae quidem, ob odium communionis, societatem renunciacione vnus nequē dolosa neque intempestiua finiri statuunt *l*). Sed partim ob fauorem, quo hodie gaudet commercium, id, quod ex odio communionis sanxerunt Romani, ad coniugalem bonorum societatem adplicari nequit *m*), partim vero etiam finis istius legislationis, cum resolutione communionis bonorum nexus coniugum matrimonialis non tolleretur, obtineri nunquam contingeret, adeoque nec ratio illarum legum vigere heic potest; casus vero, in quibus rationem legis non vigere constat, pro exentis a regula generali habentur *n*).

§. XXVIII.

Resoluitur coniugalis bonorum communio vero mutuo coniugum consensu.

Quemadmodum e contrario mutuo eoque vero sociorum

k) J. CHR. HARPPRECHT in *Difs. de communitate lucrorum coniugum inter coniuges separatos* (Tub. 1697. 4.) §. 9. 10.
l) §. 4. *J. de Soc. L. 14. & L. 65.*
m) J. F. GILDEMEISTER d. l. §. 25.
n) C. C. HOFACKER d. l. §. 157.

consensu, nisi, uti in matrimonio, specialis lex obstet, tolli potest omnis societas o): ita quoque, conjugalem bonorum societatem eodem modo a coniugibus dissolui posse, nemo facile negauerit. Tantum enim adest, ut lex vlla facultatem hanc ipsis denegeret, ut potius ius commune expresse coniugibus licentiam pacta nuptialia generatim etiam stante iam matrimonio demum constitueendi, adeoque etiam constituta mutandi atque tollendi concedat p). Iura, quae tertius in bonis coniugum communibus quaesita habet, mutationi vel dissolutioni obtare non possunt, cum ista nihilominus semper maneant salua q).

§. XXIX.

Continuatio.

Certitudo consensus coniugum mutui de tollenda conjugali bonorum communione nititur vel declaratione expressa vel tacita r), vel praesumptione. Licet enim generalis praesumptio pro duratione illius militet, specialior tamen si adest, haec ceu fortior vincit istam ceu debiliorem. Si v. c. in hac vel illa prouincia, in qua conjugalis bonorum communionis species statuto aut consuetudine hactenus obtinuit, noua, eaque generali etiam istos subditos, qui vinculo matrimonii iam iuncti

o) L. 65. §. 3. D. Pro Soc.

p) L. 1. D. de Pact. dot. Libertatem hanc coniugibus expresse etiam referuat Jus Wirtembergicum Alleg

Wirtemb. Landrecht, p. III. Tit. 8.

§. "Aber beeden Eheleuten stehet

sallerdings frei und bevor, ihre Ehe-

beredungen samlich wieder zu än-

dern oder auch gar aufzuheben."

q) Conf. scriptum anonymum über

die Gemeinschaft der Güter unter den
Füllich - und Bergischen Eheleuten.
(Düsseldorf 1789. 8.) p. 136.

r) Haec adest v. c. si coniuges, bonis conscripto inventario diuili, quisque priuatim sibi consulit, negotiatur, acquirit. L. 64. D. Pro Soc. conf. etiam F. CHR. HARPPRECHT in cit. Dis.

§. 7. 8.

funt, comprehendente lege dispositiua, aut omnis inter coniuges communio tollitur, aut alia eiusdem species inducitur, tunc quoad coniuges, qui hactenus in legis dispositione adqueuerunt, neque nouo statuto pactis legitime initis derogarunt, specialiore adeoque fortiorem praesumptionem adprobatae ab ipsis nouae legis, adesse puto. Idem plane statuendum esse censeo de coniugibus, qui sine pactis matrimonium inierunt, ac in legis dispositione adqueuerunt, postea vero aliud domicilium, in quo vel nulla vel diuersa bonorum communio obtinet, mutuo consensu, qui in dubio praesumitur, elegerunt, neque derogauerunt noui domicilii legibus, ad coniuges domicilium ita mutantem expresse s), vel tacite se extendentibus.

§. XXX.

Continuatio.

Quam mirifice Doctores in eo conspirant, quod communio pactitia s. conuentionalis mutato a coniugibus domicilio nunquam non salua maneat, tam controuersa inter ipsos est quaestio: an idem etiam de legitima s. statutaria dicendum sit? Valde iam agitata haec quaestio affirmatur t) aequae, ac nega-

s) Exemplum legis expresse praecipientis, vt coniuges domicilium mutantem, secundum iura noui domicilii iudicentur, vid. in *statutis Offenburgernsibus*, a WALCHIO editis T. III. p. 110. sq.

t) W. A. LAUTERBACH in d. *Dis. de Societ. bon. coniug.* cap. 2. §. 17. & in *Consil. Facult. Jurid. Tubing.* Vol. II. Cons. 120. nr. 4. ABR. a WESEL d. l. Tr. 1. n. 104. JO.

VOET in *Comment. ad Pand.* (Hal. 1776 — 80. 8.) Tit. *de Ritu Nupt.* §. 87. P. VOET in *Tr. de statutis, eorumque concursu* (Brüssel 1715. 8.) sect. 9. cap. 2. §. 7. J. & FR. de SANDE in *eor. Oper. omn. Jurid.* (Colon. 1698.) in *Decis. Frisic. Lib. 2. tit. 5. def. 10.* J. N. HERT in *Dis. de Collisione legum. Sect. 4. §. 48.* CHR. G. HOFFMANN in d. *Dis. §. 3. not. g.* FR. E. a PUFENDORF in *Observat.*

tur u) a viris doctissimis, neque vsum forensem in decienda ea certum esse satis omnino constat x). Bene equidem scio, me non esse eum, qui tantas componere possit lites, attamen sententiam meam qualemcunque de quaestione hac iam proferre eo magis mihi licebit, cum filum tractationis meae mentionem eius commoueat. In stabilienda vero mea, quod ad dictam attinget quaestionem, sententia diu haesitans incidi tandem in distinctionem, quae omne mihi sustulit dubium.

Cum quippe, vti supra iam demonstratum est, praesumpto coniugum consensu nitatur legitima coniugalis honorum communio, facile patet, responsionis ad propositam quaestionem momentum omne in coniectura voluntatis coniugum positum, & in hac elicienda semper ad noui domicilii legum tenorem

Jur. univ. (Hanau. 1780—84.) Tom. 2. Obs. 121. §. 2. J. F. GILDEMEISTER d. l. §. 14. & 24. C. F. ELSAESER in *vermischten Beiträgen vorzüglich zum Canzschreiben.* (Erlang. 1783. 8.) §. 18—31. C. C. HOFACKER in d. *Princ. Jur. Civ.* Tom. 1. §. 143.

u) D. MEVIUS d. l. Lib. II. Tit. 2. Art. 12. n. 47. LYNCKER, Tr. 2. Cons. 160. nr. 18. J. H. BOEHMER in *Consult. & Decis.* (Hal. 1733—54. fol.) T. II. P. 2. Cons. 866. n. 16. S. FR. WILLENBERG in *Diss. de uxore, maritum domicilium suum mutantem sequente.* §. 18. G. G. RICCIUS *Entwurf von Staatsgesetzen.* (Franc. & Lips. 1740. 4.) Lib. 2. Sect. 17. §. 6. J. J. STRAMPFFER (F. G. TAFINGER) in d. *Diss.* §. 9. J. ACHTERKIRCHEN (G. L. BOEHMER)

in d. *Diss.* §. 9. J. H. BALECKE in *comment. de Juribus ex mutatione domicilii maxime intuitu coniugum resultantibus.* (Rost. & Wilm. 1755.) §. 14—26. J. J. EISENHART in *Opusc. Jurid. varii argumenti.* (Hal. 1771. 4.) pag. 294. BROCKES, *Obf.* 17. §. 44. TERLÄNDEN in *Entwurf der Rechtslehre von der Gemeinschaft der Güter unter Eheleuten in dem Herzogthum Cleue und der Grafschaft Mark.* (Lemgo 1782. 8.) p. 59. Auctor der *Abhandlung über die Gemeinschaft der Güter unter den Fülch- und Bergischen Eheleuten,* (Düsseldorf 1789. 8.) p. 133.

x) Conf. FR. E. a PUFENDORF d. l. J. & FR. de SANDE d. l. J. H. BOEHMER d. l. W. A. LAUTERBACH in d. *Consil. Fac. Jur. Tub.* d. l.

respiciendum esse. His in dubio omnibus coniuges domicilium mutantes sese subiiciunt, ideoque etiam legem de bonis conjugibus disponentem, prouti posita est neque aliter, adprobare iure praesumuntur. Distinguendum itaque puto, vtrum statuta noui domicilii, ea, quae de bonis coniugum decernunt, ad coniuges, qui ibidem nuptias contraxerunt vel contraxisse videntur, expresse vel tacite restringant, an non. Si prius, quod tamen admodum raro factum est, ipsa legis dispositio, cum casum mutati a coniugibus domicilii non tangat, non poterit non eiusdem applicatio cessare. Salua itaque manebit, quae antea inter eos obtinuit communio legitima, donec alio modo sublata eam esse probetur.

Si vero lex ista dispositiua vel generaliter de omnibus coniugibus concepta sit *y*), vel coniugum, qui alibi nuptias contraxerunt & mutata sede domicilium in territorio legislatoris constituerunt, expressam mentionem faciat, tunc ex mea sententia leges noui domicilii, in quibus adqueuerunt agnouisse, legitimamque conjugalem bonorum communionem, quae inter ipsos secundum statuta prioris domicilii intercedebat, mutuo consensu iterum sustulisse omnino praesumuntur.

Opponunt quidem, qui aliter sentiunt, quod mutatio domicilii non sit factum, ex quo mutatio voluntatis coniugum de bonis

y) Si quae v. c. lex particularis (vti in alleg. *Wirtemb. Landrecht* d. l.) generatim disponit, ut inter coniuges, qui nuptias contrahendo aut postea de bonis suis conjugibus non ipsi disposuerint, nulla aut haec illaue communionis species obtineat, nec

inter eos, qui in ciuitate, in qua ipsa viget, vel alibi nuptias contraxerunt, distinguit, hos ergo aequae ac illos tangit, adeoque etiam aliarum ciuitatum dispositionem de bonis conjugibus non curat.

bonis ipsorum colligi possit; concedo id ipsis quam lubentissime, addendo, quod heic non de tacito, sed de praesumpto consensu, qui ex eo, quod coniuges domicilium mutantes legibus noui domicilii sese subiecerunt, elicitur, fermo sit. Haud etiam ignoro, quod legitima coniugalis bonorum communio matrimonii ergo constituta esse praesumatur, matrimoniumque mutatione domicilii non dissoluatur; ast communio illa non necessario inhaeret matrimonio, sed possunt eam coniuges durante isto mutuo consensu tollere; id quod praesumitur, si lex noui domicilii postulat, vt aut dissensum suum declarent, aut dispositionem illius suam faciant, nec tamen illi contrariam voluntatem legitime delararunt.

Nec magis obstat, quod mutatio domicilii generatim nusquam inter modos tollendi societatem vel communionem relata fit; tollitur enim hoc casu coniugalis bonorum communio (praesumpto) mutuo coniugum consensu, quo, nisi specialis lex obftet, omnis solui potest societas.

Sunt, qui hanc sententiam ideo iniquam esse statuunt, quia a mariti voluntate pendet domicilii mutatio, & vxor ipsum quaquaersum sequi tenetur, adeoque fieri posset, vt inuitae vxori ius ex communiione quaesitum vel adimeretur, vel communio in quam non consentit, obruderetur. Creditorum quoque iuribus in bonis coniugum quaesitis fraudem fieri putant. Euanesceit autem omnis iniquitas, si modo consideremus, bonorum communionis, quae in priore domicilio obtinuit, resolutionem vxori inuitae non obrudi, sed ex mea sententia de vxore, quae maritum secuta dissensum circa iura noui domicilii nullo modo declarauit, optimo iure praesumi, eam sta-

E



tuta noui domicilii adprobasse & vna cum marito in iis acquieuisse 2). Quod vero ad creditores prioris domicilii attinet, ipsis plane nulla sit fraus, cum ius suum, quod ante domicilii mutationem habuerunt, neuiquam ipsis adimatur, sed mutato quoque domicilio saluum retineant, atque vterque coniux eo quo antea modo obligatus maneat a)

§. XXXI.

Deficit coniugalis bonorum communio in matrimonio nullo, tollitur morte, diuortio, nec non separatione quoad torum & mensam perpetua.

Cum vtriusque vel alterutrius coniugis morte vel diuortio vinculum matrimonii, sine quo coniugalis bonorum communio, (vid. supra §. III.) subsistere nequit, soluat, per annulationem vero matrimonii iudex declaret has personas nec esse nec vnquam fuisse coniuges; non potest non communio, quae hactenus inter eos vere obtinuit finiri, vel quae obtinere visa est, ob nullitatem matrimonii deficere omnique effectu retro destitui. Atque cum mutuum vitae adiutorium, facta coniugum separatione quoad torum & mensam *perpetua*, non possit non cessare, eadem b) quoque coniugalem bonorum communionem finiri arbitror.

2) Vid. omnino STRVBEN *rechtliches Bedenken*. IV. nr. 70. und *Bergischen Eheleuten*. pag. 136. & 137.

a) J. F. GILDEMEISTER d. l. §. 28. *Abhandlung über die Gemeinschaft der Güter unter den Süllichen*. J. F. GILDEMEISTER d. l. §. 22. & 25.

§. XXXII.

*Finitur quoque coniugalis bonorum communio tempore,
in quod inita est lapsa, & per praescriptionem.*

Nullibi coniugalem bonorum communionem ad tempus contrahere interdictum est; hinc etiam definito tempore lapsa nisi mutuo consensu id prorogauerint coniuges, finiatur ea necesse est, & quemadmodum praescriptioni subsunt omnes res f. corporales f. incorporales, in priuatorum commercio & in alterius dominio existentes, nisi peculiari legum sanctione prohibita sit earum praescriptio, ita etiam coniugalem bonorum communionem, praescriptione tolli posse arbitror, si alter coniux bona fide communes res tanquam sibi soli proprias, per tempus legitimum possederit c).

§. XXXIII.

*Ipso iure tollitur coniugalis bonorum communio
lege prohibitiua.*

Si quo in loco noua lege lata vel omnis plane, vel ea, quae haecenus usitata erat communionis bonorum coniugalis species, prorsus prohibeatur, in dubio quidem lex haec prohibitiua ad actus praeteritos trahenda non est. Si tamen legislator legem nouam ad communionem legales antea initas trahi expresse iussit, aliud dicendum ac communionem pristinam legalem aequae finiri puto, ac in casu mutati domicilii, si in legibus

c) L. 1. §. 1. C. de ann. except. *Erinae de praescriptione.* (Jen. 1780. J. RAVE in *Principiis vniuersae do-* 8.) §. 148.



noui domicilii vel omnis communio, vel ea saltim, quae hactenus inter coniuges obtinuit, prohibeatur. *d*).

§. XXXIV.

Rerum interitu tollitur ipso iure particularis bonorum communio.

Rei interitu amittuntur omnia, quae ipsis inhaerent iura; & hinc si super certis tantum rebus, vel super usu certorum indiuiduorum coniugalis bonorum societas inita est, istis intereuntibus desinit etiam communio *e*). Uniuersalis vero bonorum communio amissis rebus non tollitur, quia haec, nisi aliter conuentum, etiam futura bona complectitur, quemadmodum & generalis aquaestus communio ad futura, quae coniuges adhuc acquirere possunt, extenditur.

§. XXXV.

Coniugalis bonorum communio tollitur quoque sententia iudicis.

Cum tandem coniugalis bonorum communio matrimonii ergo constituatur, ut commune coniugum commodum eo felicius promoueat, alterutro coniuge id ex proposito penitus negligente, alteroque resolutionem communionis bonorum ex hac causa petente, sententia iudicis eam tolli posse nullus dubito.

d) J. F. GILDEMEISTER d. l. §. Pand. §. 21. p. 101. (Erlang. 1789. 8.)
24. C. F. GLÜCK, *Erläuterung der* *e*) L. 63. §. 10. D. Pro Soc.


1018

ULB Halle
005 361 877

3







Farbkarte #13

B.I.G.

DISSERTATIO IVRIDICA INAVGVRALIS
DE
FVNDA MENTO
COMMVNIONIS BONORVM CONIVGALIS
GERMANICÆ

1789, 2.

P. 392

2

SVB DIVINIS AVSPICIIIS
RECTORE VNIVERSITATIS EBERHARDINO-CAROLINÆ
MAGNIFICENTISSIMO

SERENISSIMO AC POTENTISSIMO DVCE ET DOMINO

DOMINO
CAROLO

DVCE WIRTEMBERGIAE AC TECCIAE REGNANTE,
REL. REL.

DVCE AC DOMINO SVO CLEMENTISSIMO,

CONSENTIENTE ILLVSTRI IVRISCONSULTORVM ORDINE
PRÆSIDE

SIXTO IACOBO KAPFF

I. U. D. ET PROFESSORE PVBL. ORD. SERENISSIMI DVCCIS CONSILIARIO
SVPREMI ADPELLATIONVM TRIBVNALIS, NEC NON COLLEGII
ILLVSTRIS ASSESSORE

PRO GRADV DOCTORIS

EDITA
AB AVCTORE

CHRISTIANO FRIDERICO SPEIDEL

CANCELLARIAE DVCCALIS SVPREMIQVE DICASTERII
WIRTEMB. ADVOCATO.

TVBINGAE, TYPIS BALZIANIS. MDCCLXXXIX.

